

misisse, ut talis exactio aut institueretur aut augetur. — 2) *Centesimis.* — Thermae et balnea in titulo Comensi quem infra dabimus inter municipales (= V 5279).

5687 balneum Aurelianum ex liberalitate | imp. Caes. M. Aureli¹ Pii Fel. Aug., | servata indulgentia pecuniae eius, | quam deus Aurelianus² concesserat, | facta usurarum exactione | curante Statio Iuliano v. e. curatore | res [p.] refecit.

Caesena (XI 556 bis ut videtur descripta saec. XV). — 1) *Probi vel Cari nomen hoc loco fuisse sed antiquitus erasum, lituram a descriptoribus neglectam, coniecit Mommsen.* — 2) *Cf. supra N. 585.*

5688 C. Sempronius C. f. Gal. Sempronianus Hvir bis, | pontifex perpet., Sempronia Fusca Vibia Anicilla | filia, thermas aqua perducta cum silvis agnuar.¹ | trecentarum pecunia impensaque sua omni d. d.

Iaen in Andalusia, ubi fuit municipium Aurgitanum (II 5361 vidit Huebner). — 1) *Cf. Varro de r. r. 1, 10, 2; Columell. 5, 1, 5.*

5689 T. Fl. Avito | Forensi Hvir. iter. qq., omnib. | munerib. functo — hic | idem ad lavacrum balnear. publicar. ligni | duri vehes n. CCC en|thecae¹ nomine in per|petuum obtulit, ita | tamen ut magistratus | quodannis successorib. | suis tradant —, filio | T. Fl. Avito v. e. patron. col., | ordo et popul. Misenat.

Miseni rep., est Neapoli (X 5678 vidit Mommsen). — 1) *Entheca est dos vel peculium praedii, id est praestatio quaedam cum praedio in perpetuum coniuncta, cf. Dig. 53, 7, 2, 1; cod. Theod. 15, 1, 12 (cum nota Gothofredi); Nov. Iust. 128, 8.*

5690 Fabius Maximus v. c. | rect. prov.¹ thermas | Sabinianas restituit, | curante ordine splendidissimo Telesinorum.

Telesiae (IX 2212 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 5344.*

5691 Fabius Maximus v. c., rect. prov.¹, | thermas Herculis vi terrae motus eversas restituit a fundamentis.

Allifis (IX 2338 vidit Mommsen). — 1) *Cf. ad eam quae praecedit.*

5692 Septimio Rustico v. c., cons. Camp., | provisorio ordinis,¹ restauratori thermarum, | ob insignem amorem splendiddissimus ordo | et honestissimus populus | patrono praesantissimo.

Neapoli (X 4707 semel descripta saec. XVIII). — 1) *Cf. N. 1276.*

5693 balneum Veneris longi[gi tempo]ris vetustate corruptum | Domitius Severianus v. c., con[s.], | Campaniae ad pristinam faciem [aedi]ficavit, curante hac (sic) dedican[te] | Sentio Marso v. c., comite divinorum¹, | curatore Capuensium, Literni[norum] | et Cumanorum.

Literni (Patria) rep. (Bull. inst. arch. 1835 p. 14 = Eph. ep. 8, 456). — 1) *Comitem divinorum palatiorum intellegit Mommsen (principum supplevit primus editor Salv. Dino).*

5694 thermas maritimas¹ intresecus refectio[n]e cellarum, foris soli adiectione, ddd. nnn. Valens Gratianus et Valentinianus victor. ac triumph.